FRIDER. ERNESTI BVRGGRA
DE KIRCHBERG
COMITIS IN SAYN ET WITTGENSTEIN

COMMENTATIO IVRIS PVBLICI

DE

SVPERIORITATE TERRITORIALI
IN

ALLODIIS IMPERII.

MENSE MAIO HVIVS ANNI

IN

ACADEMIA IENENSI

PVBLICE VENTILATA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EDITIO SECVNDA.

LIPSIAE

APVD IOANNEM CHRISTIANVM LANGENHEMIVM

M DCC XXXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE SVPERIORITATE TERRITORIALI IN ALLODIIS IMPERII *DISQVISITIO.*

PROOEMIVM.

§. I.

APte congruenterque pronunciarunt rei germanicae peritiſſimi viri, quando Imperium Romano-Germanicum, *Teutonicum* inprimis Regnum, *Feudale* appellarunt: cum ampliores nobiliſſimi Regni prouinciae vel omnes, vel quod ad magnam partem ſint beneficiariae atque clientelares.

§. II.

Conſtabit tamen omnibus notitia patriarum rerum vel leuiter tinctis, commutata licet inſigniter Rei publicae forma, plures atque inſignes adhuc ſupereſſe *Allodiales Terras*, vel feudalibus iunctas, vel ſeparatas omnino, et ſingu-

Digitized by Google

ſingularis territorii figuram exhibentes, omnibusque, quae in ceteris exercentur, iuribus ornatas.

§. III.

Dare autem velle accuratam, vel nexorum beneficiariis, vel ſeparatorum territoriorum allodialium * Regni Germanici ſeriem, ardua res eſſet et laboris odiique pleniſſima, hoc praeſertim aeuo, et nondum perculta ſingularium patriae regionum hiſtoria indeque fluente notitia: inuidioſum non minus, grauiſſimis litibus circa ſeparationem Allodiorum a Feudis nondum vbique plene conſopitis, et perdifficile argumentum hocce tractantibus, eo loco, vbi archiuorum neceſſariis ſubſidiis deſtituti, vberiorem itaque expoſitionem in alia tempora reſeruamus.

* Multas tamen indicauit, ex egregio monimentorum libellorumque publica auctoritate ſcriptorum adparatu, celeberrimi Vir nominis Dn. BVRCARDVS GOTTHELF STRVVIVS, doctiſſima de *allodiis Imperii* Diſſertatione, Ienae 1710. edita, quae iam inſtituta grauiſſimi argumenti exquiſita pertractatione *iterum* forma elaborati curate tractatus, ſub prelo ſudat.

§. IV.

Quae autem initia fuerint et veluti ſemina, vnde generata, concreta et nata ſit, quae hodie in *territoriis allodialibus* exercetur in ſacris profaniſque *ſuperioritas*, inueſtigare, rem faciliorem putauimus, in ipſa tamen tractatione cognoſcentes, viam hanc quoque ſalebroſam et nondum ſatis tritam.

§. V.

Quas de argumento graui lineas, dum oculis Tui exhibemus, Beneuole Lector; monendus es, nos primas rudesque illas tantummodo dare poſſe. Quum enim ſi lentibus fere omnibus iuris publici ſyſtematicis et compendiariis ſcriptoribus, de origine atque progreſſu, natura porro et effectibus huius ſuperioritatis, genuini fonte

dip

Digitized by Google

diplomatum et chartarum antiquarum, quarum felici noſtro aeuo infinita vis legentem obruere poteſt, perueſtigandi fuerint: potior temporis anguſti nimis pars effluxit. Ea itaque tantummodo annotauimus, quae curſim legentibus ſub oculos venerunt: ampliorem expoſitionem iis relinquentes, quibus et otium longius et abundantiora ſubſidia.

§. VI.

Quamuis autem hanc opellam legentibus dudum cognitum ſit, quae ſub allodiorum imperii et ſuperioritatis territorialis notionibus a iuris publici et clientelaris interpretibus comprehendi ſoleant: ne quis tamen in hac commentatione academica earundem definitiones deſiderare queat; vtrasque adiungimus.

§. VII.

Eſt etenim *ſuperioritas territorialis in allodiis immediatis Regni Germanici* poteſtas Dynaſtis competens iura imperantis in ſuo territorio, et extra illud exercendi, in quantum nexui Imperii non refragantur.

§. VIII.

Allodium autem *imperii*, eſt territorium regni Germanici immediatum ſine nexu feudali, communi tamen, poſſeſſum.

§. IX.

Dynaſtae vero *Germaniae* erant olim, ſuntque hodie * ſtatus, qui tantum bona allodialia imperii poſſident.

* Conditionem horum dynaſtarum accurate deſcribit peritiſſimus rei Germanicae AVCTOR *des vorlaeuffig-doch gründlichen Berichts vom Adel in Teutſchland Praef. p. 6. vbi: Daß in Teutſchland hin und wieder Dynaſtae oder Edele HERREN gewesen, welche auch κατ' ἐξοχὴν nobiles, Edele genennet, groſſe Lande erb- und eigenthümlich beſeſſen, und aus denen die duces et comites genommen worden, wie ſolches erhellet ex Chronico Laurisheimenſi edit. vet. Freh. p. 83. et nouae p. 15[illegible] und ex profeſſo ausgeführt Meibomius in Vindiciis Billinganis, wo er die irrige*

Meynung derer widerleget, qui Billingum ordinis ſolum equeſtris faciunt, cum tamen ex ordine nobilium ſeu dynaſtarum fuerit, ex quo eligebantur comites &c. Dahero denn auch ſolche Herren, zumahl, nachdem die Comitatus dieſen Familien erblich geblieben, und ſolche vi ſuperioritatis territorialis a territoriis ſtatuum inſeparabilis eandem imo maiorem poteſtatem, als die vorige Ampts-Graſen gehabt, dergleichen Nobiles oder Herren denen Graſen wegen gleicher Geburt auch gleich gehalten worden, ob ſie ſich gleich nicht alle Graſen, ſondern allein Herren geſchrieben, als welches in ihrem Willkühr geſtanden, inmaſſen ſelbige denn in der Hiſtorie und documenten auch offt Grafen benennt werden, Meieri origg. Pleſſenſes P. 1. cap. 2. §. 14. 15. Erudite conſentiunt doctiſſimus Vir *IO. ADAMVS KOPP Cancellariae Yſenburgico Birſteinenſis Director, cultiſſimo tractatu Iuris publici* de inſigni differentia inter S. R. I. Comites et nobiles immediatos, *ſectione prima potiſſimum vero §. 22. p. 138. ſeq. Edit. ſec. doctiſſimus AVCTOR des gründlichen Beweiſes daß das Hochgraefliſche Hauß der Reuſſen von Plauen ſchon von vielen Seculis her unter die vornehmſten und anſehnlichſten Haeuſer ihres Standes gerechnet worden, Gratizae 1729. 4.* et SCRIPTOR *der Summariſchen Vorſtellung der gerechten Forderung des hochgraeflichen Hauſes Stollberg auf die (wie wohl irrig ſo genante,) Graſſchafft Koenigſtein ſol. 17. Paritatem Comitum et dynaſtarum confirmat Capitul. Caroli VI art. III. §. Es ſollen auch, vbi: denen immediat Reichsgraſen und Herrn.*

CAPVT PRIMVM
DE
ORIGINE AC PROGRESSV SVPERIORITATIS TERRITORIALIS IN ALLODIIS IMPERII

§. I.

QVae antiquiſſimis Germaniae temporibus, Caeſaris Tacitique aeuo in latifundiis ſuis exercuerint iura principes dynaſtaeue Germani, res indicatu per eſt difficilis et obſcura. Praeter publicum in populo ſuo iudicandi officium

cium

cium atque exercitum ducendi, omnes, ad oeconomicas huius tempeſtatis rationes attributorumque vel occupatorum agrorum modum, percepiſſe vtilitates, ſumma, quae tum vigebat, libertas, perſuadet, ſcriptorumque teſtimonia* indicare videntur. Dominicam certe ſecundum Germanorum mores, in ſeruos hominesque proprios et colonos exercuere poteſtatem, vnde iurisdictionis illius natales a viris doctis deducuntur, quam patrimonialem ** appellare placuit. *Venandi* *** *piſcandique iura* praediorum dominis liberrima. Cetera in tanta ſcriptorum breuitate difficillime **** inueſtigantur.

* Compara TACITVM de *moribus Germanorum*, cap. XXV. XXVI. CAESAREM de bello Gallico L. IV. §. II. L. VI. §. XX.

** Confer pereruditam celeberrimi Iurisconſulti IOANNIS GOTTLIEB HEINECCII diſſ. *de origine atque indole iurisdictionis patrimonialis*, Halae Magdeburgicae 1716. 4. editam.

*** CAESAR de *B. G. L. IV. Cap. 1. L. VI. cap. XXVIII.* TACITVS *de M. G.* c. XV. Adde C. L. BILDERBECK *Deduction gegen die vermeyntliche regalitaet der Iagden, pag. 15. ſeqq.*

**** *Pars mulctae regi vel ciuitati, pars ipſi, qui vindicatur, vel propinquis eius exſoluitur, ſcribit* TACITVS citato libello *Cap. XII.* Collectarum neceſſariarum nullum ius. *Mos quidem,* vti idem TACITVS c. XV. memorat, *vltro* ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugum, *quod* tamen pro honore acceptum etiam neceſſitatibus ſubuenit.

§. II.

Condito inter Germaniae varios populos nobiliſſimo potentiſſimoque Francorum regno, quum regiis auſpiciis atque nomine *Duces* in magnis Regni prouinciis poteſtatem exercerent, *Comites* quoque eadem regia autoritate, cum adiunctis ſibi Scabinis, Iudicia, inprimis Criminalia, adminiſtrarent, Regesque Franci Regalia fere omnia, vectigalia, mineras, monetas et alia per omne regnum tenerent, veriſimile videtur Dynaſtis Allodiorumque Dominis

non

Digitized by Google

non multo maiora in diſtrictibus ſuis competiiſſe iura, quam qualia exercuerunt antiquiorum temporum poſſeſſores. Quam ſententiam tot chartarum, donationum, concambiorum, confirmationum teſtimonia * confirmant.

* Quum enim, regnante Theodorico Rege, *Eberhardus* Comes cum vxore Gemeltrude de *iure* ſuo in ius Monaſterii *Murbacenſis*, in loco nuncupato *Petroſa*, quem ex *Alode* in portione, vti verba chartae ſonant, contra germanum ſuum *Leudifridum* Ducem acceperat, transferret, has res et iura ſibi tanquam *Allodii* huius Domino competentia, memorat: *totum et integrum quicquid ad praeſens ab eodem poſſidere videor, ac mihi legibus debetur, cum omni ſuppoſito, domibus, mancipiis et allodiis, peculiis vtriusque ſexus, ſiluis, terris, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus.* Extat haec charta in IOHANNIS GEORGII ECCARDI *Originibus Familiae Habsburgo-Auſtriacae*, probationibus p. 119. N. IV. *Carolus Martellus* inluſter vir, dum anno 725. aut 726. eccleſiae S. Saluatoris Vltraiectenſi donaret villam iuris ſui nuncupatam Eliſte, quantumcunque ibi habuit vel poſſedit Euerardus, dum ipſe infidelis Regi (Theodorico) apparuit, et in Regis Francorum infidelitate, foris patria, ad infideles ſe ſociauit, et propter hoc omnes res ſuae in Fiſco Regali fuerunt redactae, quas glorioſus Rex Hildebertus genitori (Caroli) Pipino de ſuo Fiſco, et ex largitatis ſuae munere conceſſit, mihique Genitor meus Pippinus iure hereditario in proprietatem conceſſit, in charta, quam AVBERTVS MIRAEVS ſeruauit, ediditque inter ceteras *donationes Belgicas* operum Diplomaticorum, editionis Dn. Foppens T. I. p. 492. haec exponit Allodii huius Iura: *quidquid Euerhardus ibi poſſedit, vna cum manſis, terris, caſis, domibus, ſiluis, campis, mancipiis vtriusque ſexus, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, mobilibus et immobilibus, totum et ad integrum.* Addatur apud eundem MIRAEVM charta *Roberti* Hasbaniae Comitis d. a. 746. T. 1. p. 493. et donatio *Hotberti* viri potentis, de a. 838. T. 1. p. 499. Eadem, aeuo caeterorum Carolingorum in Diplomatibus occurrunt. *Ludouicus* enim *Pius* Imp. Aekardo fideli ſuo res quasdam et mancipia ſuae proprietatis, quae in Pago *Weterriba* fuerant in loco *Helidaberga*, ad *proprium* concedit, hac enumeratione: i. e. *domibus*, *ceterisque aedificiis, mancipiis vtriuſque ſexus et aetatis deſuper commanenti-*

nentibus atque ad eos in quocunque loco iure aſpicientibus ac pertinentibus, curtiferis, vineis, terris, campis, cultis locis et incultis, ſiluis, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, exitibus et regreſſibus et omnibus adiacentiis quantumcunque, ſicut iam dictum eſt, ad praefatos manſos pertinere cognoſcitur, deinceps propria poſſeſſione ac dominatione poſſideat: et quicquid de iis, vel in eis iure proprietario facere voluerit, vendendi, donandi, commutandi, liberam in omnibus habeat poteſtatem. Extat inter diplomata *Wirceburgenſia* a IOHANNE GEORGIO ECCARDO *Commentariis de rebus Franciae orientalis et epiſcopatus Wirceburgenſis* adiecta *T. II. p. 885. ſeq.* Adde inter haec *diplomata* ea quae *N. XXIV. XXV. p. 898.* occurrunt. Saxonicorum regum et Impp. temporibus ſimilia in chartis donationum legimus, quales larga manu dat *Corpus Traditionum Fuldenſium*, cura Viri celeberrimi IO. FRIDERICI SCHANNATI editum. Vide traditionem *Megingozi* Comitis *N. DLXXV.* p. 236. et ſequentem, aliasque plures. Obſeruauimus tamen eo aeuo maiora iam cum allodiis iura, in primis eccleſiis, fuiſſe conceſſa, vti copioſa eorundem *diplomata* docent, ex quibus *Ottonis III.* Imp. producemus, quo *Henrico Wirceburgenſis* eccleſiae epiſcopo donat caſtellum et ſui iuris curtem *Salce* dictam et omnia, quae ad ea pertinent, et villas ac ſiluas innumerabiles, imo quendam pagum *Salzgauui* dictam, quam ex integritate noſtram fuiſſe iure proprietatis cognouimus, in quocunque comitatu ſiue pago ſita ſint, ſiue in pago Grapfeldun, ſeu comitatu Ottonis, ſiue in quibuscunque prouincialibus pagis, *cum omnibus pertinentiis, vtenſilibus, poſſeſſionibus, ſeruis ſeu ancillis, litoribus, TRIBVTARIIS, familiis, eccleſiis, oppidis, arbuſtis, lucis, areis, aedificiis, vtriusque ſexus mancipiis, agris, pratis, campis, paſcuis, ſiluis foreſtatis, venationibus, BANNIS, aquis aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, tam quaeſitis, quam inquirendis, viis atque inuiis, exitibus atque reditibus ceterisque omnibus, quae adhuc dici aut inueniri poſſent.* Ex autographo illud edidit laudatus ECCARDVS *in der gründlichen Nachricht von der Kayſerlichen und Kœniglichen alten Salzburg und den Pallaſt Salz in Francken. p. 39. 40.* Adde, quod idem exhibet p. 43. *Henrici II.* Imp. quo *S. Kiliano* quandam ſui iuris villam in pago *Graſpheld* et in comitatu Ottonis ſitam nomine *Salza* donat, quo enumeratio vtilitatum tamen et iurium tam ampla, quam ea eſt in praecedenti diplomate, haud reperitur.

Digitized by Google

§. III.

Quamuis ſub *Merouingis Carolingisque* Francorum regibus, rarior iurium praediis allodialibus nexorum, inque conceſſionibus ac donationibus cum terris traditorum fiat mentio, quum ſub *Comitum iurisdictione*, ſecundum formulam regni huius aeui manſerint coloni, cum hiſce praediis traditi, vti tot diplomata docent; quandoque tamen regum indulgentia, *allodia* cum *iurisdictione* tributa fuiſſe innuere videtur vetus *formula*, * ita concepta: *Igitur illuſtris vir ille clementiae regni noſtri ſuggeſſit, eo quod ante hos annos ille quondam rex parens noſter villam aliquam nuncupante illa, ſitam in pago illo, pro fidei ſuae reſpectu, eius meritis compellentibus, cum omni integritate ad ipſa villa aſpicientem per ſuam praeceptionem ſua manu roboratam in integra emunitate, ABSQVE VLLIVS INTROITV IVDICIVM DE QVASLIBET CAVSAS FREDA EXIGENDVM, eidem conceſſiſſet.* Quibus ex verbis doctiſſimus M. ANTONIVS DOMINICVS ** elicit: *Hoc idem eſſe ac proprietatem et iurisdictionem dare; vt vel ex eo pateat, ſub prima regum ſtirpe allodia cum iurisdictione conceſſa.* Inſignium ſane iurium complexum Anno 687. *Pipinus Heriſtallius* cum *Plectrude* coniuge cum caſtro Ambra concedit, *** *ſcilicet cum BANNO, omni IVSTITIA, praetoriis et eorum appendiciis, cum omni iure et cenſu, tam in denariis quam in auenis: cum teloneo, mercato et ſuis appendiciis: cum iure mortimenti, et omnium accolarum aduocationis ad fiſci dominici opera in acceptae libertatis ſignum: cum decimis ad me ſpectantibus et omnibus poſſeſſionibus, terris, pratis, paſcuis, aquis*

cum

cum farinariis, cum ſyluis, villis et villulis, cum manſis, manſionibus, familiis, libertis et mancipiis, cum gregibus et armentis. Sed eximia haec iura forte ea de cauſſa cum *caſtro*, connexa, quia illud pars fuit *Ardennae* principatus.

* In formulis MARCVLFI Lib. I. c. XVII.
** Diſquiſitione hiſtorica de *Praerogatiua Allodiorum* cap. VIII §. 6.
*** Charta extat in FOPPENS ſupplemento ad MIRAEI *opera diplomatica* et hiſtorica p. 1125.

§. IV.

Nec tamen omnes *dynaſtas* eo aeuo eximia huiusmodi iura habuiſſe, *criminalemque* cumprimis in facinoroſos ſuis in diſtrictibus delinquentes haud exercuiſſe *iurisdictionem*, inſignis nos docet caſus, quem ACTA * S. TRVTPERTI, martyris in Brisgauia, ** commemorant: Exceperat hunc S. Trutpertum peregrinantem *Otpertus* *** *ex nobilibus perſonis*, i. e. *dynaſta in Brisgaugia*, heres vallis cuiusdam, quam ſibi a Deo aſſignatam credebat ſanctus ille. Locum hunc Trutperto mente deuota conceſſit, ſed etiam *praedia* quaedam *iuris ſui* ſupra commemorato loco *vicina, cum omnibus adiacentibus in ſeruitium tradidit*, quin etiam *ſex viros ſingulares et fortes viribus*, ad ſaltum purgandum aptiſſimos delegauit, qui in illius famulatu iugi perſeuerantia, in omnibus, quibus vir DEI indigeret, id tempus perſiſtere non ceſſarent. Sed ſerui illi, qui ſibi erant commiſſi tantum ſubire laborem dedignari paulatimque contrarii illi coeperunt exiſtere. Duo ex his ſeruis germani fratres de morte S. Trutperti conſulentes, facinus demum perfecerunt, dum vnus, arrepta ſecuri, Trutpertum dormi-

cotem in tempus percuſſit. OTPERTVS, poſtquam de caede innotuiſſet, per ſuos percuſſores hos errantes *adſecutus*. Cumque fame macieque atque abruptione omnium indumentorum confecti eſſent, vt absque vlla difficultate a *cuſtodibus comprehenderentur*, ſtatim ad *Otpertum adducti ſunt*. At ille *ſapienti vſus conſilio*, vt ſecurius martyris Chriſti depoſitionem procurare quiuiſſet, (ſed haec non palmaria erat cauſſa) viros *iunctis poſt tergum manibus*, ad *Bobonem*, id temporis *Comitem*, vt *illius iudicio* damnarentur, trahi praecepit. Cumque vnus in itinere haſtae infixus ſemet ipſum interfeciſſet, alter ad praeſentiam *Comitis* ductus, ſine vlla dilatione *ſuſpenſione patibuli*, *ſibi conueniente* interiit poena. Qua ex narratione patet, *Otpertum* egregiae libertatis Virum, liberam quidem de bonis rebusque ſuis diſponendi habuiſſe facultatem, dominicam in ſeruos, hominesque proprios poteſtatem, ius quoque perſequendi homunciones facinoroſos et apprehendendi, non vero *bannum ſanguinis*, qui ex formula regni Francici huius aeui, ad regium comitem, qualis *Boba* erat, pertinebat. Idem confirmant magno numero chartae apud MIRAEVM, ceterosque veterum monimentorum prouidos collectores, quibus legimus *poſſeſſores allodiorum* horum temporum conceſſiſſe cuncta fere, quae percipi tum poterant iura, vtilia, non vero ea habuiſſe, quae fundamentum praebuere *ſuperioritati territoriali*, interque ea *ſanguinis bannum*, qui regii iuris erat, ſummaque circumſpectione concedebatur.

* ACTA haec, auctore ERGANBALDO, circa annum C. DCC. abbate Sanct-Trutpertino, primum publici iuris fecit R. P. Dominus BERNARDVS PEZIVS monachus Benedictinus ex

biblio-

bibliothecarius Mellicenſis doctiſſimus, *Viennae Auſtriae* 1731. 4. ſcriptaque ad P. *Marcum Hanzizium* S. I. erudita epiſtola illuſtrauit.

** Conf. Cap. II. III. IV. horum ACTORVM, quorum verba fere recitamus.

*** Ab hoc OTPERTO Stemma *Auguſtiſſimae domus Auſtriacae*, cui perennitatem deuotiſſime vouemus, deducit, quem iam laudauimus, celeberrimus monachus Benedictinus PEZIVS ſcripta ad illuſtriſſimum et Excellentiſſimum D. D. PHILIPPVM LVDOVICVM Comitem de SINZENDORFF Sacratiſſimi Imp. conſiliarium intimum et Cancellarium Aulae, EPISTOLA de *Etymo Nominis Habſpurgici et origine domus Habſpurgico-Auſtriacae*, *Viennae* 1731. 4. edita.

§. V.

Subſequentibus temporibus, eadem dynaſtiarum conditio manſit, vti ex diplomatibus patere videtur. Eo tamen aeuo, quo regnatrix familia Carolingica, vel extincta vel excluſa fuit; inſignisque rei publicae conuerſio ſequeretur, *dynaſtis* eximia quoque iura acceſſiſſe veriſimile eſt. Quum enim duces propriam indeque hereditariam, quam ſenſim acquiſiuerant poteſtatem, firmarent, Comitesque ducum veſtigiis inſiſtentes eadem via incederent, facile eſt ad intelligendum *dynaſtas* pares nobilitate comitibus, et quandoque ſuperiores, iurium quoque ſuorum rationes ampliores feciſſe.

§. VI.

Illud tamen dolendum quam maxime, de hiſce communis patriae politicis conuerſionibus, quae extincto inprimis Ludouico infante, electoque Conrado I. rege contigerunt, rariores extare pragmaticos ſcriptores rerum, quae ad ſtatum publicum pertinent, curatos obſeruatores,

 locu-

locupletesque teſtes. Quum ergo plurimi patriae hiſtorici, maximam partem loco vtilium iurisprudentiae annotationum, res ſaepe nauci referant, in diplomatibus praeſidia nobis perquirenda, inueſtigandique *regalium a dynaſtis* ſucceſſu temporis adquiſitorum inque vſum deductorum ampliores progreſſus.

§. VII.

Hi, veteres ſcriptores chartasque curſim perluſtrantibus, obuenere *dynaſtae*, inſignibus iuribus in allodiis ſuis gaudentes. *Guelfos* primum producimus, *egregiae libertatis*, vti ſcriptores eos appellant, *Viros*. Deſunt nobis quidem chartae, de eorum eximiis iuribus exponentes, ex teſtimoniis tamen ſcriptorum de *excelſae* huius *gentis* rebus exponentium, conſtare videtur. AVCTOR ſiquidem *Chronici Weingartenſis* * dum de ſplendida *Guelforum* curia enarrat, haec habet: *In diuerſis prouinciis praedia et DIGNITATES ſibi accumulare coeperunt. Vnde et in tantum ditati diuitiis et honoribus regibus praeſtantiores, ipſi quoque ROMANO IMPERATORI HOMAGIVM FACERE recuſabant, et viribus propriis confiſi omnes terminos ſuos, per ſe magna induſtria et fortitudine DEFENDEBANT. Domum quoque ſuam regio more ordinabant, vt ita quaeque officia in eis, id eſt, miniſteria dapiferi, pincernae, marſchalli, camerarii, ſigniferi, per comites vel iis aequipollentes regerentur. Praefecerunt etiam familiae ſuae, tam maiori quam minori, vnum de maioribus curiae, quem nominabant aduocatum, qui vice ſua pro omnibus ſuis ſtaret coram regibus ſeu ducibus, vel aliis iudicibus, et in quacunque cauſſa vel querimonia pro eis reſponderet.* Quis crederet, tam po-

tentes

tentes et magnificos *dynaſtas* ſine iuribus eximiis terras ſuas poſſediſſe? Qui iam aeuo Carolingorum, omnia *feoda* et *officia* reſpuere ſoliti fuerant, per quae tamen *iurisdictiones* et *alia iura* poterant adquiri. Refert etenim excitatus iam *Chronici Weingartenſis* *** ſcriptor, quam grauiter tulerit ETHICO *dynaſta*, *filium Henricum* imperatori *vinculo feodali* ſe obligaſſe, hiſce verbis: *Hic itaque Henricus, cum ad militares annos perueniſſet, et ſuae voluntatis compos fieret, ignorante patre ad imperatorem ſe contulit. Cumque illi SVMMA FAMILIARITATE ſociaretur, et totius imperii vires, terminos eius circumeundo, et pertranſeundo cognoſceret, tandem conſilio principum et maxime ipſius imperatoris inſtinctu, HOMAGIVM EI ET SVBIECTIONEM fecit, et in BENEFICIO quatuor millia manſuum in ſuperioribus partibus Bauariae ab eo ſuſcepit. Quod cum pater eius percepiſſet, iratus NOBILITATEM ſuam et LIBERTATEM NIMIS eſſe DECLINATAM, vltra quam credi poſſit conſternatus animo, dolorem ſuum omnibus ſuis caris expoſuit et aſſumptis XII. ex illis infra montana ad villam, quae dicitur Ambirgo, regalibus aedificiis, et poſſeſſionibus ditiſſimis relictis ſeceſſit, et ibi non a modo viſurus filium ſuum conſenuit.* Conſentit AVCTOR *Chronici veteris ducum Brunſuicenſium:* *** *temporibus Karoli*, erat quidam ETHICO, PRINCEPS MAGNVS, *qui pro generis ſui EXCELLENTIA, nulli hominum PRO PHEODO humiliare ſe volebat.* Quod omnino feciſſet, niſi iam *dynaſta* ſingularibus iuribus inſtructus fuiſſet. CONRADVM SALICVM nobiliſſimum *dynaſtam*, poſtea regem et imperatorem, indicat WIPPO, **** his verbis:

Cui

Digitized by Google

Conradus licet genere et virtute, atque in propriis bonis nemini eſſet inferior: tamen de re publica in comparationem talium virorum ducum et marchionum parum beneficii et poteſtatis habuit. Vellem ſcriptor clericus dilucidius nobis indicaſſet quo pacto in *propriis bonis nemini inferior fuiſſet* Conradus, quod cum haud fecerit aliis intentus ipſum audiamus CONRADVM, olim *dynaſtam*, iam imperatorem Auguſtum, *de iuribus dynaſtarum*, ipſo imperante, *diplomate* Auguſtali exponentem. Venerat enim in Germaniam LVDOVICVS, nobiliſſimus exul, ex ſtirpe *Carolingica*, *Caroli* Lotharingiae ducis filius, in carcere natus regnoque Franciae occidentalis excluſus, idemque Auguſtae Giſlae conſanguineus, *comitis* quidem nomen gerens, ſed absque vlla in republica adminiſtratione. Oppreſſo huic per fortunae iniurias nobiliſſimo viro et donat quaedam *iuris regii* in *Thuringia*, et permittit, vti a poſſeſſoribus *allodiorum* tum frequentium adquireret ſuo aere *Ludouicus*, quae cuncta confirmat *diplomate* Auguſtus, et indicat, quae iura exercere poſſit, ſub *comitis* titulo potens poſſeſſor *allodialis* tum *terrae.* Ita enim ſonant verba diplomatis: * *Qualiter nos ob interuentum dilectiſſimae contectalis noſtrae cuidam Hluodouuico comiti et conſanguineo noſtro praedium, quod ab incolis Thuringiae regionis comparauit, villam ſcilicet Altinberc, et noualia prope hinc inde iacentia, ſed et partem vaſtae ſolitudinis loibae, noſtrae dominationi ſubiacentem, quam ei noſtra donatione contulimus libere et quiete perfruenda, regia auctoritate ſtabilita fecimus, quae his lachis et terminis concluduntur etc.* Inde Auguſtus memorat iura dynaſtae huic competentia: *omnia quaecunque his lachis et terminis circumdata ſunt, cum villulis infra poſitis,*

Digitized by Google

poſitis, aut ponendis omnibusque ſuis appenditiis, viis et inuiis, cultis et incultis, venationibus, piſcationibus, exitibus et reditibus cum omni vtilitate, quae quocunque modo nominari vel dici poſſit, praedicto HLVODOVICO comiti his regalibus edictis IN PROPRIETATEM PERPETVAM, ſtabilimus, hoc imperiali cenſura ſtatuentes, VT NVLLVS OMNINO HOMINVM aliquid in his negotii niſi cum illius voluntate et iuſſu exercere praeſumat. Quibus poſtremis Auguſtalis traditionis verbis, et ipſe ab omni poteſtate, regia excepta, liberatus, eademque in homines territorii ſui tradita videtur. Quam tamen poſteri excelſiſſimi Landgrauiatu et principatu per omnem Thuringiam impetratis, inſigniter amplificarunt. Confirmat haec *iura eximia*, propinquo ſuo, dilecto *Henricus III.* imperator, diplomate, ** *Bauenberc* An. 1044. dato, quo *Ludouico* Comiti *conceſſit aedificare *** caſtellum Scovvonburg in confinio Loibae ſiluae, cuius partem complurimam, quam eidem comiti ad id negotium pius genitor noſter regia auctoritate donauit, et nos ſimiliter illi donauimus.* Inde *Ludouicum*, *a Gunthero* quodam et *Biſone* aliisque *liberis viris* praedia nonnulla inibi, villulas ſiluaticas, quarum vna *Aldinberc*, alia *Reginberisbrunno* dicitur, pretio comparaſſe indicat, fines vel ex regia donatione vel ſua comparatione circum quaque attractorum deſcribit, tandem vero competentia in his iura indicat Auguſtus: *omnia, quae cinguntur his terminis, cum villulis infra poſitis aut ponendis, omnibusque ſuis appendiciis, hoc eſt, areis, pratis, paſcuis, ſiluis, venationibus, piſcationibus, montibus et vallibus, viis et inuiis, cultis et incultis, aquis aquarumue decurſibus, exitibus et reditibus, quaeſitis et inquirendis cum omni vtilitate, quae quocun-*

que modo nominari vel dici poſſit, regalibus edictis ſtabilita in perpetuum facit. Decernit etiam, quod in primis obſeruandum: VT NVLLVS OMNINO HOMINVM, SEV QVAELIBET PERSONA POTENS *aut impotens princeps aut* *DVX praedicto* *ALIQVID NEGOTII HIS IN LOCIS, NISI CVM ILLIVS VOLVNTATE ET IVSSV, exerceat, ſed ipſi ſoli poſſidere, dare, commutare cuicunque velit, PROPRIETATIS IVRE POTESTATIVE ſempiternum liceat.* Quae ſane conceſſio regia ampliſſima eſt, qua terrae *dynaſtae* Ludouici, a principum ducumque poteſtate exemtae, immediate declarantur, inſigni quoque in ſuos poteſtate tributa. Ne autem quis in eam ſe adducere ſinat opinionem, *principi* huic *viro*, Carolingicae ſtirpis ſurculo, ſingulare quid fuiſſe indultum, conducenda nobis ſunt alia teſtimonia eandem dynaſtarum poteſtatem confirmantia. Peropportune occurrit *Henrici V.* imp. *diploma*, **** quo *Ottoni de Zutphen*, orto ex comitibus *Naſſouienſibus*, confirmat: *OMNIMODAM IVRISDICTIONEM, ſuper HOMINES SVOS, qui dicuntur Masmanne, et ſuper eorum praedia, omnimodamque iuſtitiam in Menardingbamme et bannum ferarum ex vtraque parte Yslae, quod totum praedeceſſores eius et ipſe EX PROPRIETATE SVA NON EX DONO REGALI HABET, nec nos inuidemus.* Quo teſtimonio luculentius nullum hoc tempore fingi poteſt. Sed nolumus cumulare exempla, quae vel chartae veteres apud *Miracum* operibus hiſtorico-diplomaticis, larga manu exhibent. Sub *Sueuicis* impp. et regibus conſiderandi merito iterum potentes dynaſtae *Guelphi.* Adquiſiuerant illi, praeter eas *terras allodiales*, de quibus iam expoſi-

poſi-

Digitized by Google

poſitum, * variis titulis, vxorio inprimis iure, inſignes alias diuerſis in Germaniae partibus. Sed *Henrico Leoni* Saxoniae atque Bauariae duci potentiſſimo iratus *Fridericus I.* imp. eripuit non tantum beneficia, quae ab imperio et vicinis archiepiſcopis, epiſcopis et abbatibus tenebat, verum et iam *allodialia bona* admodum multa, quod diſertim et expreſſe indicat AVCTOR *chronici Rythmici*, cuius verba citat in notis ad* Gerhardi praepoſiti Stedernburgii hiſtoriam de Henrico Leone, HENRICVS MEIBOMIVS, cuius ſtilo ** haec ſcribimus. Fuere autem iſta *allodialia bona* in veteri Saxonia vltra Viſurgim, Haſſiam et Rhenum verſus, et ad ripam illius vtramque. Quas exuuias, poſt bannum imperii, infelix princeps, vt gratiam Henrici VI. imp. impetraret, neceſſe habuit, hoſtibus relinquere, *patrimonio reliquo, terra* videlicet *Brunſuicenſi et Luneburgenſi*, quaeque ad eas pertinebant, contentus eſſe. Hiſce in dynaſtiis *Guelfos* egregia iura, territorialibus hodiernis, quae ſenſim ſuccreſcebant, ſimilia exercuiſſe, veritati conſentaneum videtur, quando cogitando perpendimus, Henrici huius Leonis filios hiſce in terris allodialibus abſque vllius conſenſu diuiſiones hereditarias feciſſe, ciuitati ſuae Brunſuicenſi priuilegia dediſſe, *Ottonemque* dynaſtam exercitum bis mille equitum peditumque cohortes aliquot duxiſſe, et quod palmarium eſt, Fridericum II. imp. cum *terras* iſtas *allodiales* adhuc, in comitiis Moguntinis an. 1235. *Ducatus* honoribus condecoraret, nouam eisdem iurium ſublimiorum conceſſionem nullam feciſſe, hiſce ſaltem vtens formulis: *** *Ciuitatem Brunſuic. et caſtrum Luneborg, cum omnibus caſtris, hominibus et pertinentiis ſuis vniuimus et creauimus inde ducatum, et imperiali auctoritate dictum*

 con-

174

conſanguineum noſtrum Ottonem ducem et principem facientes, ducatum ipſum in foedum imperii ei conceſſimus ad haeredes ſuos filios et filias hereditarie deuoluendum, et eum ſolenniter iuxta conſuetudinem inueſtimus per vexilla, de affluentiore gratia concedentes eidem decimas Goslariae imperio pertinentes. Ceterum miniſteriales ſuos in miniſteriales imperii aſſumentes eidem conceſſimus, eosdem miniſteriales iuribus illis vti, quibus imperii miniſteriales vtuntur. Quod ſi itaque *Otto* Guelfus tanquam *dynaſta* non exercuiſſet iura, quae in territoriis exerceri eo tempore poterant, certe hac occaſione percommoda impetrare potuiſſet.

* Sub initium, apud LEIBNITIVM *Scriptorum rerum* Brunſuic. T. I.

** Cap. III.

*** in MADERI *antiquitatibus Brunſuicenſibus* p. 14. edit. ſec.

**** *in vita Conradi.* p. 426.

* ex autographo edidit WILHELMVS ERNESTVS TENZELIVS *ſupplem.* 2. *hiſtoriae Gothanae* SAGITTARII p. 383.

** Produxit illud in lucem SIMON FRIDERICVS HAHNIVS *collectione monumentorum ineditorum T. I. p. 69. ſeq.*

*** Nam eo aeuo ius fortalitia excitandi a conceſſione regia dependebat.

**** Exhibet hoc LINDENBORNIVS *hiſtoria epiſcopatus Dauentrienſis* cap. IV. §. 1.

* Supra p. 16. 17.

** *Hiſtoria erectionis ducatus Brunſuicenſis* T. III. ſcriptorum rerum Germ. MEIBOMII p. 204.

*** extat *diploma* cit. l. et in IOACHIMI FRIDERICI FELLERI *hiſtoria Genealogica familiae Brunſuico-Luneburgenſis*, Germanice edita, addita introductione hiſtorica, et notis egregiis p. 417.

§. VIII.

Feſtinatio noſtra ampliorem inueſtigationem *allodiorum*

rum inſignibus iuribus ornatorum haud permittit, quorum rariora exempla ea de cauſſa occurrunt, quia pleraque inter Germaniae turbas in *feudum* fuerunt oblata. Annotabimus tamen, quae ſuccurrunt memoriae. Talis fuit dynaſtia *Rauenſtein*, quae indice SAMVELE PVFENDORFIO, * *olim nemini obnoxia fuerat vocabulo terrae HERPENSIS; ſed cuius domini poſt eam duci Brabantiae obtulerunt feudi titulo ab hoc recognoſcendam, vt tamen eius domini OMNIA IVRA TERRITORIALIA IN EAM RETINVERINT et exercuerint, cum liberrima facultate diſponendi et teſtandi.* Eiusdem conditionis eſt dynaſtia *Ieuerana*, quae hodie in patrimonio Sereniſſimae domus *Anhaltino-Serueſtanae*; de qua *IOHANNES CHRISTOPHORVS BECMANNVS* ** memorat, qua ratione dominae Anna et Maria, *dieſe ihre allodial Freye und ſonſten keinem obern oder andern weltlichen Haupt unterworffene Herrſchafft Ieuer, ſamt derſelben Stadt, Schloß, Herrlichkeiten, Landen und Leuten, IEDOCH MIT VORBEHALT ALLER REGALIEN VND HOHEN IVRIVM,* den 12. April 1532. Carolo V. imp., tanquam Burgundiae duci et comiti Hollandiae, in feudum obtulerint. *** Quarum dynaſtiarum poſſeſſores ante oblationem territorialia iura allodiali ratione poſſederunt.

* *Rerum Brandenb.* ex archiuis hauſtarum, *lib. IX. p.* 617.

** In *hiſtoria Anhaltina* II. Th. V. B. 2. cap. p. 485.

*** Huiusmodi plures in partibus Germaniae inferioris fuerunt *dynaſtiae*, in quarum numero *Herſtall*, in quam ſibi dominium directum adſcribit princeps et epiſcopus *Leodienſis*, edita nuper *proteſtatione*; potentiſſimus vero Rex *Pruſſiae*, qui eandem ex hereditate Arauſionenſi accepit, propoſita *contra proteſtatione* die 31. Ian. 1733. de huius *dynaſtiae* ſtatu confirmat: *daß dieſe von alten Zeiten her eine ſouueraine Freyherrſchafft geweſen,*

Digitized by Google

ob ſie gleich einigermaſſen vom roemiſchen Reich dependiret, und dem Hertzoge zu Brabant zu Lehn gegangen, was dem Biſchoffe in dieſem Fall zugeſtanden worden, ſeye einzig und allein geſchehen, weil man von denen gerechtſamen und Freyheiten dieſer Herrſchafft nicht voellig unterrichtet geweſen. De dynaſtia *Pfirt*, huiusque iuribus eximiis, videatur *Deduction und Beweiß des Hochſtiffts Baſel, daß die Grafſchafft Pfirdt deſſen Eigenthum ſey*, apud LVNIGIVM *Grundtfeſte Europaeiſcher Potentien Gerechtſame* tit. I. p. 774.

§. IX.

Solent quidem Iuris publici et feudalis ſcriptores, quique de regalibus expoſuerunt, longam ſeriem allodialium dynaſtiarum et comitatuum nectere, quorum tamen ſtatus antiquus inſigniter fuit mutatus, de quibus ſcriptoribus recte monet grauiſſimus AVCTOR: * *Wiewohl diejenigen, ſo dergleichen Erb-Grafſchafften erzehlen, gnungſam an den Tag geleget, daß einer dem andern blindhin gefolget, keiner aber den Sachen genugſam auf den Grund geſehen, quod inde exemplis comitatuum Moers, Waldeck, Oldenburg etc.* commonſtrat. Quod ne nobis obiiciatur, bina tantum excitabimus *exempla*, vnde teſtibus locupletiſſimis conſtabit, in iis *territorialia iura*, allodiali titulo exerceri. *De Hohenzollerano* enim *comitatu* teſtatur *Ferdinandus II.* imp. eſſe: *eine uralte mit ALLEN IHREN REGALIEN VND HERRLICHKEITEN und Pertinentien GANTZ EIGENTHVMLICHE, unmittelbare und unlehnbare Grafſchafft.* ** *Schaumburgici* quoque *comitatus*, de cuius conditione acriter concertatum ſeculo XVII. fuerat, eandem eſſe naturam, confirmat ab excelſo camerae iudicio requiſitus teſtis huiusque ex Inſtrumento pacis Weſtphalicae dominus *** Sereniſſimus

niſſimus Haſſiae Landgrauius Caſſellanus CAROLVS ſcriptis ad cameram die 18. Martii 1702. literis, * in quibus: *daß nach des letzt lebenden Graff Otten von Schaumburg an. 1640. erfolgtem Tods-Fall unſerm Fürſtlichen Hauſſe die drey Schaumburgiſche Lehn-Aembter Rotenburg, Hagenburg und Arnsberg, cum omni iure ſuperioritatis territorialis et ceteris annexis nicht nur ſo fort Erb-und eigenthümlich anheim gefallen, ſondern auch als der übrige Antheil der Grafſchafft Schaumburg* (qui allodialis) *auf des verſtorbenen Grafen Frau Mutter vererbfælt, und dieſe ſolche ihrem Bruder per donationem inter viuos überlaſſen, hingegen das Stifft Minden, an den übrigen Aembtern, gegen gedachten Grafen einige Mindiſche Lehnſchafft bey dem Kayſerlichen Reichs-Hofrath zwar euincirt gehabt, aber ſolche hernach in faueur unſers Fürſtlichen Hauſes durch den Münſteriſchen Frieden-Schluß hinwiderum gæntzlich aufgehoben worden, darauf ſothane gantze Grafſchafft cum omni iure ſuperioritatis territorialis an unſer Fürſtlich Hauß, doch dergeſtalt, daß daſſelbe ein Theil davon erwehntem Herrn Graf Philipſen und ſeinen mann-leibs-Lehns-Erben zu rechten Mann-Leben verliehen, ERB-VND EIGENTHVMLICH gefallen iſt, auch haben wir ſothane Grafſchafft, als eine freye Grafſchafft des heiligen Römiſchen Reichs bishero beſeſſen, und SOLCHE WEDER QVOAD REGALIA, noch ſonſten von Ihro Römiſchen Kayſerlichen Majeſtæt und dem Reich zu Leben empfangen, wie etwa ein und ander auswertiger Scribent, ſonder gehabte Information, davon geſchrieben, indem bisherige Obſeruanz und die vorhandene Reichs-Leben-Acta ein anders ausweiſen.* Nec medio aeuo inſolitum fuit *comitatus* tanquam *allodia* poſſidere, vti conſtat ex donatione *Henrici III.* regis

gis Germ. qua eccleſiae *Fuldenſi* comitatum *Mælſtadt* in *Wetereiba* confert, * quem Comes *Berchtoldus* habere viſus in proprium.

* Scripti publici: *das unumſtoeſsliche Recht ſeiner Koeniglichen Maieſtaet in Preuſsen an denen durch Abſterben der Herren Schencken von Limpurg erledigten Graf-und Herrſchafften*, p. 11.
** Teſtibus BESOLDO *theſauro Practico* lit. f. num. 73. p. 282. et ITTERO *de feudis imperii cap. V. p. 182.*
*** Inſt. Pacis Oſn. art. XV. §. 3.
* Additae ſunt hae literae, copiae *an Ibro Kayſerl. Maieſtaet von dero und des Reichs-Cammergericht abgelaſſenen aller unterthaenigſten Schreibens in Sachen Manderſcheid contra Schwarzenberg und conſ. cit.* quae prodiit *Wetzlariae* 1703. p. 14.
** SCHANNAT *Tradit. Fuldenſibus p. 250. n. DCIII.*

§. X.

Quae, conſentientibus iuſtis teſtimoniis, cum ita ſint comparata, breuiter ſtrictimque *titulos* modosue curatius paulo conſiderabimus, quibus ab allodiorum opimorum et imperio immediate ſubiectorum dominis acquiſita ſit illa *in territoriis* ſuis immediatis poteſtas ſublimis, quam receptis vocabulis *ſuperioritatem territorialem* appellamus.

§. XI.

Enim vero *ſuperioritatis territorialis*, vti curate pronuntiat IOHANNES SCHILTERVS * iurisconſultus rei Germanicae peritiſſimus, quique adulandi rationes procul habuit, *origo in Germania, non ſimul ac ſemel omnibus ac ſingulis ſtatibus, qua talibus contigit, ſed etſi iure ſuffragii in comitiis et iure ſtatuum imperii gauiſi fuerunt, tamen non omnia iura, quae iure nouiſſimo ad ſuperioritatem regulariter referuntur, adquiſiuerunt.* *Vnde*

Digitized by Google

Vnde tot priuilegia cernuntur, de his rebus aut iuribus data et conceſſa ſtatibus imperii, quae hodie ipſo iure venirent, nec opus eſſet impetratione, quale eſt ius monetandi et ſimilia. Atque compertum habeo ex regeſtis imperialibus Ruperti Palatini imp. ſub eius imperio nondum in Germania hoc ius ſuperioritatis territorialis fuiſſe introductum, ſed maiora regalia immo banni conceſſionem adhuc a ſpeciali imp. conceſſione dependiſſe.

* *Inſtitutionum iuris publici* T. I. lib. 1. tit. 24. §. 6.

§. XII.

Quapropter *dynaſtiarum immediatarum* poſſeſſores omnem operam adhibuerunt, vti per regum noſtrorum conceſſiones, * ad quos iſta pertinebant, diuerſis temporibus *regalia* obtinerent, terrisque ſuis allodialibus infer-rent, quibus magna pars *ſuperioritatis territorialis* continebatur.

* Conf. Deductionem inſcriptam *Koenigl. Preuſſiſch unumſtoeſſliches Recht auf die Limpurgiſche Graf- und Herrſchafften* pag. 23.

§. XIII.

Vſitatiora, quae concedere ſolebant reges, enumerat *Ludouicus IV.* imp. eo diplomate, * quo illuſtriſſimis dominis *Ruthenis* de *Plauen*, aduocatis de Gera et de Wida huiusmodi contulit, qualia ſunt: *iudicia et iurisdictiones, telonia, monetae, atque conductus ſtratarum, ferarum venationes, ſiue etiam ſint piſcariae, nec non etiam omnes mineras cuiuscunque metalli* aliaque, quae *priuilegia conceſſionesque* illuſtribus familiis tributae loquuntur.

* Reperitur in PETRI BECKLERI *illuſtri ſtemmate Rhutenico* p. 285.

D §. XIV.

§. XIV.

Iurisdictiones * inprimis et *bannum* ſanguinis *dynaſtae* ſuis inferre territoriis prouide curarunt. Omnia autem iudicia primitus ad *regem* per Germaniam pertinebant, maxime *criminalia*. Confirmant hanc ſententiam, praeter innumera fere diplomata IVS FEVDALE *Alamannicum*, ** cuius diſpoſitio ita ſonat: *Wer über Moenſchen Blüt richtet und von dem Künige den Ban nüt entphangen hett, dem ſol der Künig die Zunge heiſſen usſniden, oder er ſol ſu lœſen noch des Küniges Gnoden.* Et *paucis* interiectis: *Alle gerichte die über Blut runſsen und über Tottslege gont, die ſol man alle von eime rœmiſchen Künig entphoben.* Conſentit *IVS PROVINCIALE SAXONICVM*, *** *des Künigs bann mag niemand leiben denn der Künig ſelber.* Confer quoque *ius prouinciale ALAMANNICVM.* **** Plerique itaque *dynaſtae* ab Imp. et imperio inueſtiuntur *mit dem Blutbann, bann uber Blut zurichten.* Ex literarum inueſtiturae inſigni copia has adducemus: *Hannouienſes dynaſtae* et comites, quorum terrae maximam partem allodiales, ab Impp. et imperio varia *iudicia* accepere, e. g. *das freye Gericht vor dem Berge bey Altenau gelegen, das Gericht zu Motten bey Schwarzenfelſs, das Gericht der Bornheimer Berg, gelegen bey Franckfurt* * *mit ſeinen Zugehœrungen*, quae ſane ſunt ampliſſimae, et inſignes *ſuperioritatis territorialis* partes complectuntur, ita easdem enumerat ** Sigismundus Imp. *daſſelb Gericht mit ſinen Dorfern, Wileren, Luten, Ampten, Gerichten, Geboden, Verboten, Gutern, Renten, Zinſen, Fellen, Legeren, Azungen, Nuzungen, Waſſeren, Weyden, Welden, Sturen, Beten, Gewalt, Eren, Wirden, Dienſten, und allen und yegclichen, andern ſinen*

Zuge-

Zugehörungen und Rechten, darinnen, und dazu gehöreden, gentzlich nichts usgeſchieden. Sic *Maiores* mei *Comites de Sayn*, eximiis illis *terris allodialibus*, quae corpus Comitatus *Saynenſis* magnam partem conficiunt, quaeque recenſet auctor, *** qui ex archiuis ſua petiit, conceſſione Auguſtorum adiunxere, *die Vogthey zu Ormiz, item, die Vogthey zu Irrlich, mit allen ihren Zugehærungen, Rechten, Herrlichkeiten und Herkommen, die Vogthey und ein Theil an dem Schloſs Meintzenberg in der Wetterau*, quae quidem *Vogtheiae* aliis deinde ceſſere, **** vſui tamen fuerunt ad firmandam ex aliis quoque cauſis titulisque competentem *ſuperioritatem territorialem.* * Sic *dynaſtiarum* quondam imperii, *Vaduz und Schellenberg*, domini, inprimis Dn. Comes *Fridericus in Hohen Embs* accepit an. 1664 *den Pann über das Blut zurichten in beeden Herrſchafften Schellenberg und Vaduz.* Liberis Dominis de *Rechberg* zu *Hohenrechberg*, *Carolus V.* imp. an. 1521. dedit: *den Bann über das Blut zu richten*, cum ſeria adhortatione de ſancte et incorrupte adminiſtranda iuſtitia: *in maſſen ſie das gegen Gott den Allmæchtigen in dem jüngſten Gericht verantworten wollen.* **

* Iurisdictionis nomine omne quandoque *ius territoriale* fuiſſe indicatum exemplis docet I. N. HERTIVS *de ſuperioritate territoriali.* §. 2. opuſcul. Vol. 1.

** Cap. XLII. Edit. *Schilterianae* p. 48.

*** lib. III. cap. 64.

**** Cap. CXV. CXXII. et CXXIII. Compara IO. SCHILTERI commentarium in ius feudale Alamann. pag. 247. 248. ipſiusque laborioriſſimum *Gloſſarium* voce: *Bann.*

* Vid. LEOPOLDI imp. *literas inueſtiturae*, in LVNIGII *Corpore iuris feudalis Germanici*, T. I. p. 980. 981.

** *Literis inueſtiturae* datis an. 1434. quae adiectae; *der Kurzen, iedoch gründlichen Nachricht, was es vor eine wahre Bewandnüs*

178

mit demienigen reſcripts und commiſſions proceſſ, welcher am Reichshof-Rath, zwiſchen der mittel Rheiniſchen Ritterſchafft in der Wetterau als impetranten eines, ſodann dem hoch-Graefſichen Hauß Hanau Münzenberg als impetraten am andern etc. p. 76.

*** Des Wahrhafften Gegenberichts, daß die unmittelbahre ganze Reichs Grafſchafft Sayn, ſamt ihren Mannſchafften, Lehenſchafften, Schloeſſern, Landen, Leuthen, Rechten, und Zugehoerungen, von viel hundert Iahren mit nichten der Chur-Pfalz Lehen iemahlen geweſen, weniger aber noch ſeye, impreſſ. 1664. 4. p. 19. conf. literas Caroli V. d. an. 1521. ap. Lunigium Corp. iuris feud. Germ. T. I. pag. 119.

**** vide laudatum auctorem p. 20.

* Conf. Grundmaeßige Vorſtellung derienigen hoechſt erheblichen Vrſachen, um derent willen die Graeflich Sayniſche Frau Erb-Toechter und reſpectiue Erben, wider das auf Imploration Fr. Iohannae Mariae zu Wittgenſtein Wittib den 5ten Iul. 1677. ergangene Reichs Hofraethliche concluſum des remedii ſupplicationis, pro reuiſione ſich zu bedienen gemüſſiget worden, p. 18. vbi: wird a parte aduerſa umſonſt vorgegeben, quod comitatus Saynenſis, quoad regalia et ſuperioritatem ein feudum imperii ſey, quoniam regalia a ſolo imperatore tacite vel expreſſe, in ſignum praeeminentiae, ad imperii dignitatem et ſplendorem comitibus Saynenſibus conceſſa ſunt.

** vtraſque literas Auguſtales exhibet LVNIG. Corp. iuris Feud. Germ. T. I. p. 991. 1095.

§. XV.

Magnum cum primis incrementum *iuribus territorialibus allodiorum* attulit, quod nobiliſſimi dynaſtae, comitum, qui regii erant olim iudices, grauiſſimorumque in adſignatis ſibi gouis ſiue pagis, negotiorum geſtores, *officium dignitatemque* cum *hereditaria ſua nobilitate* prudenter *comungere* voluerint. Licet enim iis comitibus, quos vetuſtis temporibus, merita in rempublicam vel regis fauor in eminentem hanc dignitatem euexerat, genere ſae-

pe

pe nobiliores * eſſent, eximiaque hereditario iure in ſuis allodialibus Terris iura exercerent, cognoſcebant tamen multa ſibi adhuc deeſſe, atque homines ſuos proprios, miniſteriales, vaſallos, comitum et palatinorum et ceterorum, aliorumque regiorum iudicum acerbitate perſaepe opprimi, de qua et *epiſcopi* atque abbates querelas haud raro ad reges detulerunt, eaque de cauſſa proprios *aduocatos* demum, eadem fere ratione, impetratis ſcilicet comitatibus, pleniora territorii iura adquiſiuerunt. Horum igitur forte exemplo, hominumque ſuorum commiſeratione moti, vtque in aulae regiae negotiis ceteris adhiberentur, *Comitis* munus publicum et ſalarium, *comitatus vel comitias*, beneficio regum noſtrorum accepere. Quae quidem *feoda* ſiue ſtipendia, primitus non adeo lauta erant, collatis etenim quibusdam praediis conſtabant, quia tamen ſalarii quoque loco *regalia* varia adiicerentur, grata et peropportuna erant. ** Eam enim, quam nomine regio in pago ſibi adſignato, qui ab ipſis nomen accipiebat, vti tot diplomatum formulae docent, adminiſtrabant iuris variis in negotiis dicundi et criminalium iudiciorum adminiſtrandorum poteſtatem, in ſuis quoque *dynaſtiis* allodialibus adminiſtrarunt, eamque demum hereditario plene iure adquiſiuerunt. Elegantiſſimum huius coniunctionis exemplum praebet *charta*, *** vetuſtiſſimis originibus exſplendeſcentium *dynaſtarum* et *comitum* de *Habspurg*, inſignium ſane *allodiorum* olim poſſeſſorum. Ex hac feliciſſima gente *Rudolphus* Landgrauius Alſatiae, *Rudolphus* canonicus eccleſiae Baſileenſis, *Gottfridus* et *Eberhardus* fratres, eiusdem Landgrauii patrueles, conuentui de *Vettingen*, Ciſtercienſis ord. Conſtantienſis Dioec. vendebant an. 1259. *Curtes et praedia* ſua in *Dietinckon* et in *Slierron ſita*, quae

iure proprietatis ad ipſos et ſuos progenitores pertinuerant, cum ſeruis, qui ad ipſas curtes, ſeu ad glebam terrae curtium pertinebant, et cum omnibus locis, bonis vſibus, vſufructibus, appendiciis et iuribus ad easdem curtes, tam IVRE PROPRIETATIS, quam IMPERIALIS INFEODATIONIS, et CONSVETVDINIS attinentibus et annexis, videlicet domibus, agris, pratis, hortis, cultis, incultis, paſcuis, compaſcuis, impaſcuis, viis, inuiis, ſiluis, arbuſtis, frutectis, viridariis, virgultis, carectis, barundinetis, libero ingreſſu et egreſſu, tabernis, molendinis, farnis, (forte furnis,) aquae ductibus, et decurſibus, lacunis, paludibus, piſcariis, fundis, vadis, ripis, piſcationibus, venationibus, aucupiis, et cum vniuerſis libertatibus inſtituendi, deſtituendi, diſtrictibus, bannis, et iuribus DOMINII PROPRIETATIS, quae inde ample memorantur. Aduocatiam quoque ſeu ius aduocatiae ſuper dotem eccleſiae Slierron etc. Omne ius in hominibus et bonis, in terra ſuper terram, in aquis ſuper terram, in aquis ſuper aquis. Tria etiam feodalia bona, quae vulgo dicuntur Manlehn, praedictis curtibus et praediis attinentia vendunt. Praeterea ſeruos, qui ad curtes et ad glebam terrae pertinent. Item in liberis hominibus et eccleſiarum quarumcunque ſeruis, qui ipſis ratione aduocatiae ſuberant. Quae omnia multis formulis emtoribus conceduntur. Regalia autem quaedam, venditores *dynaſtae*, hiſce bonis allodialibus vsque huc nexa, et vel titulo *infeodationis imperialis* adquiſita, vel *longo vſu* poſſeſſa, excipiunt, ſignificanter *pedagia*, nimirum ſeu *telonia, quae vulgo dicuntur Zœlle, in Dietinkon hactenus ſolui conſueta*, et licet omnia iudicia ſecularia hominum in Dietinckon et in Slierron vendidiſſent, ea tamen, quae *poenam ſanguinis* requirunt,

vel

vel forum eccleſiaſticum tangunt, SEV EXPRESSE PERTINENT AD COMITATVM, excipiunt.

* vide ſupra exempla ex Guelfis in Ethicone p. 16. 17. et Ottone puero p. 21.

** recte itaque concludit KLOCKIVS T. I. conſ. L. num. 77. ſeqq. eo ipſo, quo quis de principatu, ducatu, vel comitatu ab Imp. inueſtitur, iura principis, ducis vel Comitis quis conſequitur.

*** quae extat in FRANCISCI GVILIMANNI *Habsburgiacis* lib. VI. cap. 2. p. 234. ſeqq. et adiecta eſt ECCARDI *originibus Habsburgo-Auſtriacis* inter probationes num. 47. pag. 243.

§. XVI.

Inde eſt, quod pauciores extent illuſtres familiae in Germania, inter quarum terras et iura, inueſtigantibus curate eorundem adquiſitionem, non occurrat *Comitia* aliqua, quam vel a regibus, vel vicinis potentioribus principibus, cum primis *comitibus palatinis*, attributam acceperint, eademque poteſtate, qua pagi ſibi tanquam comiti attributi hominibus, ius dixerunt, ſuorum quoque fortunis proſpexerunt.

§. XVII.

Neque etiam id eſt diſſimulandum, inter turbulentas illas patriae viciſſitudines, quum reges Imperatoresque noſtri vel iniuſte banno papali eſſent notati, vel pereque in Italia, orientalibus etiam partibus, abeſſent, vel auxiliorum impetrandorum cauſſa, concurrentibus quoque aliis cauſſis, * praepotentes nobilesque viros comiter tractare, neceſſe haberent; multos *Comitatus*, omiſſa inueſtitura, *allodiales* factos, poſſeſſores autem omnia iura retinuiſſe, quae regia primum auctoritate exercuerant.

* indi-

* indicat tales doctiſſimus AVCTOR *des Preuſſiſchen unumſtoeſſlichen Rechts, ſupra iam laudatus p. 11. §. XXI.* vbi: *durch die Zeit, und darbey, entſtandene Vnfaelle, insbeſondere durch die Beleihung des Weiblichen Geſchlechts, conſtituirte dotalitia, verpfaendungen, Kriege, und dergleichen, auch durch die unvollkommenheit der Kayſerlichen archiuen, da das Kayſerthum von einem Hauſs auf das andre gegangen, und andre Vmſtaende ſich* (primordialis qualitas comitatuum feudalis) *endlich verlohren, dergleichen ſich von comitatibus, ſo ietzo allodial ſeyn, finden doerffte, wann in die alten Zeiten zurück gegangen, und nach dem Grunde geſuchet würde.*

§. XVIII.

Praeſcriptionis quoque immemorialis titulum, cum vim habeat priuilegii, inter modos acquirendi originarios *ſuperioritatem territorialem* numerandum hic eſſe, confirmant leges fundamentales, * rationesque graues, quas cumulate adducunt, qui de eadem ex inſtituto ſcripſerunt.**

* arg. Inſtrum. P. Art. VIII. §. I. IV. vbi vel *longo vſu.*

** Dominus MICHAEL GRASSVS Iuris Conſultus Tubingenſis diſſ. de praeſcriptione ſuperioritatis territorialis adquiſitiua, cap. IV. IOANNES NICOLAVS HERTIVS de ſuperioritate territoriali diſſer. Vol. I. opuſc. §. LXI. Addatur auctor meditationum ad inſtrum. Pacis in Mantiſſa I. ad ſpec. IV. p. 19. 20.

§. XIX.

Impetrata ſic vel regum conceſſione, vel aliis titulis, *iudiciaria* in ſecularibus poteſtate omnimoda, vt et cetera *regalia* adquirerent, prouidentiſſime curarunt. Confirmant id tot Caeſarum priuilegia, tot inueſtiturarum literae, aliaque publica monimenta. *Oettingenſes* princeps ac comites inſignium, allodiorum domini, teſtimonio ſcripti publici, * ab imp. et imperio habent: *alle und iegliche dieſes*

ſes Hauſſes Grafſchafften, Herrſchafften, Land-Gerichte, Veſten, Burck, Gerichte, Zöll, Glait, Iuden, Münz, Bænn, Wildbænn, Mannſchafft, Lehnſchafft, Gülten, Nuz, Pfandſchafften, Vogtheyen etc. ſo von dem heil. Reich zu Leben rühren. Hanouienſes dynaſtae praepotentes, *Limpurgenſes* quoque, huiusmodi *regalia* varia terris ſuis hereditariis iunxerunt, quorum ſeparatio, quum maſculi deficerent, ſummo ſtudio et cura inſtituta inueſtigatioque ſolertiſſime facta, vti ſcripta publica ** docent, cum a ſucceſſoribus feudalibus tum allodialibus edita, quae absque partium ſtudio lecta, inſignem argumento huic et veritati lucem adſundere poſſunt.

* nimirum *des gründlichen Berichts von den gemeynſchafftlichen iuribus des Hauſſes Oettingen, und wie ſolche zur diuiſion zu bringen* p. 49.

** Conf. nobiliſſimum cum primis ſcriptum, hoc titulo: *Beſchreibung der Münzenbergiſchen Landen, welche zum Verſtande der Reichslehenbriefen und anderer documenten dienlich iſt,* 1720. *f.* it. *Beſtgegründete und unumſtoeßliche allerunterthaenigſte Gegenvorſtellung auf den erſtatteten Fiſcaliſchen Bericht.* Item: *Kurze doch wohlgegründete Notamina auf den text des Fiſcaliſchen Berichts,* ex parte Celſiſſ. Comitis Hanouienſis et ſucceſſorum allodialium Sereniſſimorum Haſſo-Caſſellani et Darmſtadienſis Landgrauiorum a. 1723. edita. f. In argumento ſeparationis Limpurgenſium feudorum ab allodiis prodiit: *in iure et facto beſtgegründete Deduction und vorſtellung die ſeparation der Limpurgiſchen Reichslehen von dem allodio betreffend* 1710. f. Cuius refutatio: *unumſtoeßliches Recht Ihro Koenigl. Mai. in Preuſſen* &c. iam ſupra p. 26. excitata.

§. XX.

Prouidentiſſime quoque *eccleſias* atque *monaſteria* in terris ſuis fundantes et largiter dotantes *aduocatias* ſibi et quae inde profluunt iura, * reſeruarunt, vel ſitorum in ſuis dynaſtiis *coenobiorum* variis titulis adquiſiuerunt.

 *Conf.

* Conſ. de iis praeter MAGERVM de *aduocatia armata*, iuris Conſulti Lipſienſis, nobiliſſimi CAROLI OTTONIS RECHENBERGII diſſ. de *aduocatis et aduocatiis Germanicis* §. XXXII. ſeqq. et eruditisſimi Dn. IOAN. GVILIELMI GOEBELII iuriſconſulti Helmſtadienſis diſſ. de *aduocatia armata* §. XIII.

§. XXI.

Adquiſitis tali ratione *iuriſdictione* aliisque *regalibus*, equidem nondum plenam habebant territorialem ſuperioritatem. *Iuriſdictio* etenim, vti apte pronunciat pragmaticus iuriſconſultus FERDINANDVS CHRISTOPHORVS HARPPRECHTVS,* *et ſuperioritas territorialis differunt, vt pars et totum.* Superioritas enim non modo iuriſdictionem, ſed et alia plura comprehendit, eique ex oppoſito correſpondet ſubiectio, quam iuriſdictio non ſemper importat, ſed eam quis iuxta obſeruantiam etiam in alterius ſubditos exercere poteſt. Hinc differunt inter ſe vogtbar et gerichtbar, illud ſubiectionem. Hinc inſtrumento pacis art. V. §. 14. centenam ſiue iuriſdictionem criminalem dicitur non tribuere ius reformandi, quod tamen a ſuperioritate territoriali dependet. Tenebant tamen inſignes partes, quibus ducum, principum, comitumque veſtigia ſecuti, variis modis inter patriae notiſſimas illas viciſſitudines atque conuerſiones, omnia ea adquiſiuerunt, quae ad complexum faciunt *iurium ſuperioritatis territorialis*, der hohen Landes-Obrigkeit, Landesherrlichen Obrigkeit, quaeque pro diuerſitate territoriorum, pactorum, virium, exerceri ſolent.

* *Conſilio 40. num. 285.* Add. plena bonae frugis diſſ. Dn. B. G. STRVVII de *praeſcriptione iuriſdictionis territorialis* Sect. 3.

§. XXII.

§. XXII.

Superioritatem hanc *territorialem* conſtituentia iura Imperatores Auguſti, ſi vſu et longa fuiſſent conſuetudine adquiſita, petentibus territoriorum poſſeſſoribus *dynaſtis*, liberaliter confirmarunt, vti fecit Ferdinandus II. Imp. an. 1619. * *Erneſto* comiti *zu Holſtein*, *Schaumburg*, *et Sternberg*, *dynaſtae zu Gehmen*, cui confirmat: *als ietzt regierender Kayſer ihme die Regalien und HOHEITEN ſeiner Graff-und Herrſchafften, inmaſſen ſeine Vorfahren Fürſten, und Graffen zu Holſtein und Schaumburg, dieſelbe inne gehabt, und erſeſſen, und auf Ihne ERBLICH kommen, etc. auch ihn und ſeine angehörige Land.und Leuthe, inſonderheit aber die altveterliche Stamm und Erb-Graffſchafft Holſtein und Schaumburg, die Graffſchafft Sternberg, und Frey-Herrſchafft Gehmen, ſamt allen wohlhergebrachten HOHEITEN, Rechten und Gerechtigkeiten zu Lande und zu Waſſer, an, in und auf der Elbe und Weſer-Strom, und was ſonſten auf Ihne, Graven von Schaumburg, ERBLICH verſtammet und erſeſſen, wie das Nahmen haben mag, in Unſern und des heil. Römiſchen Reichs unmittelbahren Schuz und Schirm auf und anzunehmen*, *ſub poena XL. marcarum auri puri.*

* Exhibent hanc confirmationem: *acta ſowohl extraiudicialia als iudicialia, theils am Reichshofrath, theils am Kayſerl. Cammer-Gericht in Sachen die Mindiſche Lehn betreffend, ergangen etc. p. 19.*

§. XXIII.

Quam ſingularem confirmationem et alii e re ſua eſſe duxerunt, alii generalibus, in Capitulationibus caeſareis * legibusque fundamentalibus imperii factis, iurium legitime adquiſitorum firmamentis confiſi, eadem quiete exercuerunt, vsque dum palladium illud patriae communis

Digitized by Google

nis *Inſtrumentum Pacis Weſtphalicae* ** adquiſitae ſenſim, ad inſtar alluuionis, territoriali dynaſtarum poteſtati, quam tanquam alii ſacri imperii, cum primis Germaniae, ſtatus, exercent, plenum robur firmamentumque adiiceret.

* Capitul. Leopoldi art. III. Caroli VI. art. I. *dann auch die Fürſten, Praelaten, Graffen, HERREN und Staende die freye Reichs-Ritterſchafft mit begriffen, bey ihren HOHEITEN, geiſt- und weltlichen Würden, Gerechtigkeiten, Macht und Gewalt ſonſt auch einen ieden bey ſeinem Stand und Weſen, auch allen und ieden Staenden des Reichs ihre freye Stimm und Sitz auf Reichstaegen laſſen.*

** *Art. VIII. §. I.*

CAPVT SECVNDVM
DE
NATVRA AC INDOLE EFFECTIBVSQVE SVPERIORITATIS TERRITORIALIS IN ALLODIIS IMPERII.

§. I.

QVum ſuperioritas territorialis ſtatibus imperii * competat, tanquam ſubiecto formali, diſpiciendum primum, an Dynaſtae poſſeſſoreſque Allodiorum imperii in eorum numero ſint habendi? Quam ſtatus qualitatem ab antiquis temporibus, per omnes diuerſarum familiarum Imperatores et Reges eundo, tam erudite et ſolide eisdem aſſeruit, quem ſupra merito laudauimus, eruditiſſimus KOPPIVS, ** vt nobis plane otium fecerit. Quis enim quaeſo, vt vnicum ſaltem illudque illuſtre exemplum addamus, *Ottoni Dynaſtae de Luneborch*, Guelfo, ſtatus qualitatem dubiam redderet, de qua Fridericus I. Imp. *** teſtatur: *Contingente cauſſa noſtri felicis aduentus in Alamanniam, et pro* REFORMATIONE TOTIVS

TER-

TERRAE in dicta Moguntiae CVRIA GENERALI, dictus Otto EANDEM CVRIAM VOCATVS acceſſit. De hodierna praxi docent ſeries in quatuor Comitum imperii ſcamnis votantium, quos inter plures *Dynaſtae*, loquuntur quoque aperte tot Receſſuum imperii ſubſcriptiones. ****

* I. P. art. VIII. §. 1.

** Tr. de inſigni differentia inter S. I. R. Comites et nobiles immediatos Sectione prima omni.

*** *Diplomate erectionis ducatus Brunſuico-Luneburgenſis* apud *FELLERVM Hiſtoria genealogica Brunſuicenſis et Luneburgenſis familiae* p. 417.

**** Ex quibus ampliſſimum horum catalogum laborioſiſſimus quondam PFEFFINGERVS Vitriarii illuſtrati T. II. L. I. Tit. XVII. p. 737. *ſeqq.* exhibet.

§. II.

Huius *ſuperioritatis territorialis* ſubiectum materiale *Territorium* eſt *Allodiale immediatum.* Quamuis enim in tot turbis et conuerſionibus, quibus concuſſa olim fuit Germania, grauiſſimis de cauſſis * huiuſmodi territoriorum allodialium poſſeſſores vel omne illud territorium allodiale, vel partes quasdam inſignes, in feudum potentioribus vicinis, inprimis eccleſiaſticis Principibus obtulerint, factum tamen illud ſalua ſua libertate iuribuſque in territoriis vſque huc acquiſitis, et durante dominio directo auctis, inque *Superioritatis territorialis* formam denuum redactis. Niſi enim diſerte conuentum ſit, quod etiam jurisdictionem et ſuperioritatem, quam allodialem quis antea habuit, vna cum ſundo in feudum recognoſcere velit, intelligitur ſolum fundum feudalem feciſſe, (aut in caſtro ius aperturae conceſſiſſe,) iurisdictionem autem et ſuperioritatem *allodiali iure* ſibi ſuiſque ſucceſſoribus retinuiſſe,

Digitized by Google

tinuiſſe, vti recte obſeruat *ROSENTHALIVS* longa perueſtigatione in his argumentis verſatus, ** qui vere cenſet: *Quando conſtat Baroniam ante fuiſſe allodialem et poſt Epiſcopo oblatam, inque feudum receptam, tum praeſumtionem non militare contra vaſallum, quod abſolute et ſine vllis pactis feudalem fecerit, ſed pro ipſo, quod ſeruitutem, quam fieri poteſt minimam, illi impoſuerit, atque ita praeſumtionem eſſe iurisdictionem et ſuperioritatem eum non feciſſe feudalem, nec quod ſe ſuamque Baroniam vel caſtrum Superioritati Domini illius ſubiecerit, quod certe, euidentem in iure libertatis habet rationem fundatam.* Accurate prudentiſſimeque Ordines imperii in cauſſa *feudorum Metenſium, Tullenſium et Verodunenſium* in tractatibus pacis Monaſterienſis: *Notum enim eſt*, ſcribunt, *et vſitatiſſimum in imperio Romano ſimul eſſe ſtatum et alterius vaſallum. Nihil enim ius feudalitatis habet commune cum ſubiectione. Hinc Bambergenſis Epiſcopus, et multi alii Principes tam ſeculares, quam eccleſiaſtici in Rom. Imperio aliis Electoribus, Principibus et Statibus feuda conferunt, nec vllam hoc nomine iurisdictionem in ipſos exercent, ſed ea ipſa feuda ſunt et manent immediata, et domini feudi hoc commodi inde habent, quod ab ipſis non ſolum inueſtitura petatur, ſed et decedente vaſallo absque ſucceſſore feudali feudum ad inueſtientem redeat.* *** Confirmant hanc ſententiam terrae Illuſtriſſimorum RVTHENORVM, quae magnam partem coronae Bohemicae, et Saynenſes, **** quarum quaedam partes Eminentiſſimo *Treuirenſi* electori aliisque fuerunt oblatae, earum tamen domini plenam exercent ſuperioritatem territorialem. Merito tamen illa Germanici regni territoria excipimus, vbi Landſaſſiatus viget, et in quibus neceſſitas praeſtandi cum vaſallagio

Homa-

Homagium imponitur, omnesque vaſalli ſimul eſſe debent ſubditi.

* Quas erudite indicat IOH. NIC. HERTIVS diſſ. *de feudis oblatis*, caeterique de hoc argumento exponentes.

** De feudis C. V. concluſ. 9. per tot. et in fine lit. e. c. VI. concl. 68.

*** Ap. PVFENDORFIVM Rerum Brandenburg. L. XVIII. §. XIII. p. 1393.

**** De his vide: *kurtzen gründlichen Bericht und Beweiß in Sachen Graf Ernſtens zu Sain und Wittgenſtein gegen Chur-Trier die Schloeſſer Sain, Freyßburg, Rheinbrül &c. betreffend* 4. p. 17. 33.

§. III.

Eſt autem *ſuperioritas* illa *territorialis*, quam *Dynaſtae* Germaniae in territoriis ſuis immediatis allodialibus, quibus inhaeret, exercent, eadem illa poteſtas ſupremae proxima, quae cum in eccleſiaſticis, tum politicis, ſtatibus * caeteris competit, licet pro diuerſitate virium pactorumque diuerſimode exerceatur.

* Inſt. Pac. Art. VIII. §. 1. compara *Extract gründlicher Vorſtellung eines Herrn Biſchoven von Brixen Territorial-Gerechtigkeit. ap.* LVNIG *Grundfeſte Europaeiſcher Potentien Gerechtſame* T. I. p. 753.

§. IV.

Partes illius vel *in ipſa ditione allodiali* vim ſuam exerunt, vel apud exteros * agnoſcuntur.

* Quae a multis ſuperioritas *iuris gentium* appellatur, vti facit Dn. *STRVVIVS iuris publici prudentia cap. XXVI. §. IX.*

§. V.

Nauauit in enarrandis curate ſuperioritatis territorialis partibus, quae a Comitibus et *Dynaſtis* Germaniae, vtroſque enim recte coniungit, exerceri et ſolent et poſſunt, egregiam ſane operam, laudatus KOPPIVS, * vt nobis ſaltem ſpicilegium reliquerit.

*Exci-

Digitized by Google

* Excitato iam tractatu *de inſigni differentia* etc. ſect. III. qua p. 171. *ſeqq.* differentiam inter S. R. I. comites et nobiles immediatos explicat, intuitu *poteſtatis*.

§. VI.

Iure circa *ſacra*, quo ſtatus, hoſque inter allodiorum immediatorum domini in territoriis ſuis immediatis, niſi aliud pactis introductum fuerit, vi ſuperioritatis et libertatis ſtatuum eximiae gaudent, varie vſi gaudentque adhuc hodie. Enim vero euangelicae veritatis luce colluſtrati, in magna illa ſacrorum conuerſione ac emendatione, quae ſeculo XVI. contigit, Saxoniae Electorum, Haſſiaeque Landgrauiorum ac caeterorum euangelii confeſſorum exempla ſecuti, vel ab iis commoniti *Ius Reformandi* ample in terris ſuis exercuerunt. E magno numero exemplorum haec ſaltim dabimus. Annotauit aeterna memoria dignus VITVS LVDOVICVS A SECKENDORF * ad varios annos exercitae huius poteſtatis caſus. De *Philippo* nimirum Comite *Hanouienſi*, *Chriſtophoro* et *Antonio Oldenburgicis* et Conrado *Tecklenburgenſi* ad annum 1525. id enarrat, ** qui omnes inſignium territoriorum allodialium fuerunt poſſeſſores. De Illuſtriſſimorum *Dynaſtarum* RVTHENORVM meritis haec commemorat, *** digna ſane, quae ſummi viri verbis exponantur: *Succeſſit hoc anno (1533.) reformatio magnae partis DYNASTIAE RVTHENICAE in Voigtlandia, quam iure a maioribus ad ſe delato tenebat Henricus ſenior, ex illuſtriſſima Aduocatorum Voigtlandiae familia, quae noſtro tempore* Comitum, *quibus a multis ſaeculis pares fuerunt, titulum aſſumſit, natus. Subditus non erat Electori, ſed Imperatoris iurisdictioni, et feudi nomine regno Bohemiae obſtrictus, cum vero vndiquaque terri-*

torio Saxonico circumdatam haberet ditionem, et a vaſallis ciuibuſque ſuis ad euangelicam doctrinam dudum propendentibus vrgeretur, horum deſideriis et Electoris monitis, quibus anno 1528. reſtiterat, nunc ceſſit, et viſitatores admiſit, adiuncto iis praefecto ſuo Henrico a Wolffersdorff. *Incredibile eſt, quam indocti et turpes paſtores in diſtrictu hoc inuenti fuerint, magna ſune cum Epiſcoporum officium ſuum plane negligentium ignominia. Concubinae fere ab omnibus alebantur, et erat in pago* Baren, *qui ex duabus ſororibus ſex liberos genuerat. Huic tamen ex commiſeratione, licet a munere remoueretur, ad quatuor annos de alimentis prouiſum eſt. Faſſus eſt parochus, in* Seubtendorff, *ſe inter annos viginti et ſex biblia ſacra non habuiſſe. Multi duplici ritu vtebantur Miſſarum et communionis ſub vtraque, aut alias tam rudes et ignorantes, vel prauis moribus erant, vt ferri non potuerint. Retenti tamen ſunt, quotquot ſine ſummo ſcandalo poterant. Schlaizae miniſterium ab ordine Teutonico dependebat, ex quo vicarii ineptiſſimi ad curam animarum conſtituebantur. Horum quidem praecipui, cum apud viſitatores comparerent, euangelicam doctrinam amplexuros ſe eſſe ſtatim profitebantur, neque tamen ad miniſterium idonei erant. In Monaſterio S. Crucis prope Salburgum vndecim virgines erant pleraeque ex nobilitate, ſed moribus non admodum probatis: actum cum iis eſt eodem modo, quo in monaſteriis Saxonicis.* Adiungit inde plura ſummus vir, ſed ex his ſatis patet, exercitum auſpiciis Dynaſtae *ius reformandi.* Similia eodem iure perfecere Illuſtriſſimi *Dynaſtae* HANOVIENSES, cumprimis quod ad Monaſterium *Schlüchtern,* de qua reformatione verbis ſcripti **** publici exponemus: *Als die Enderung in der Religion in dem H. Reich vorgangen, hat im Iahr 1543. und alſo 9. Iahr vor dem Paſſauiſchen Vertrag,*

Digitized by Google

trag, die HERRSCHAFFT HANAV, *als unwiederſprechlicher Lands-Schuz-und Schirm-Herr, auch Caſten-Vogt, gleich andern vielen Churfürſten und Stænden des Reichs, durch damahligen Apt, Petrum Lotichium, die Augſpurgiſche Confeſſion in offterwehntem Cloſter eingeführt, und ein Evangeliſche Schul angerichtet, dieſelbe mit tüglichen Præceptoren beſtellt, und auch alle des Cloſters reditus, Renthen und Gefælle zu Beſoldung derſelben, wie auch des Miniſterii, und Erhaltung in-und auslændiſcher Schul-Knaben, mit nichten aber zu andern prophan-Sachen (auſſerhalb der vor uhralten Zeiten herbrachten Türckenſteuer, Atzes und Wagenfuhr) angewendet.* Quibus licet ſe oppoſuerit, qui olim dioeceſanus erat, *Würtzburgenſis* epiſcopus, *ius* tamen illuſtriſſimi Dynaſtae *Reformandi* Weſtphalica Pace confirmatum manſit.

* in praeclariſſimo de *Lutheraniſmo* commentario, qui egregia iuri publico praeſidia dat.

** L. II. Sect. VI. §. XII. p. 36.

*** L. III. Sect. VII. §. XXV. Addit. III. p. 70. ad an. 1533.

**** inſcripti: *Wahrhaffter Bericht, was es mit dem Cloſter Schlüchtern, ſo in der Graffſchafft Hanau gelegen, für eine Beſchaffenheit habe 1647. 4. p. 8.*

§. VII.

Introducta in Dynaſtias ſuas euangelica doctrina, *ius Liturgica ordinandi*, vtque omnia in eccleſia ordine fierent et decenter, Domini Allodiorum Territoriales saepiuſcule exercuerunt, vti clariſſime docent *Ordinationes* variae *eccleſiaſticae* ex *Superioritate territoriali* et *Sacra* miniſtris verbi diuini praeſcriptae. Exemplorum loco eſſe poſſunt: *Lippiſche, Spiegelbergiſche* und *Pyrmontiſche Kirchen-Ordnung* Lemgo 1571. 4. *Graf Iohann zu Oldenburg Kirchen-Ordnung Ienae 1573. 4. Henrichs Grafen zu Sain Kirch-Ordnung 1590. 4. Graf Ernſten zu Schauenburg*

Kir-

Kirchen-Ordnung, *Stadt Hagen 1614. Limpurgiſche Kirchen-Ordnung, Schwæbiſch Halle 1666. 4.* * aliaeque. De iure Conſiſtoriorum et iudiciorum matrimonialium iam Dn. KOPPIVS copioſe ** expoſuit.

* quarum ſeriem vid. additam beati IOANN. ANDR. SCHMIDII diſſ. de *Agendis, ſiue ordinationibus eccleſiaſticis* Helmſtadii 1718. 4. p. 41.

** l. c. p. 235. *ſeqq.*

§. VIII.

Iura non minus, quae ad *Superioritatem Secularem* referuntur, quorumue vis vel in territorio ſe exerit, vel extra illud agnoſcuntur, habent atque exercent.

§. IX.

Iis etiam in *territoriis* ſuis *allodialibus* circa regimen, conceſſionem iurium gratioſorum, vel vtilium, fiſcalium nempe et cameralium vtuntur.

§. X.

Iurisdictionem omnem, inprimis *criminalem*, ſiue *bannum ſanguinis*, tanquam primum, iudice perito,* Superioritatis territorialis fundamentum a *Dynaſtis* variis titulis fuiſſe acquiſitam, ſupra ** iam ſatis declarauimus. Quam eodem modo, niſi per pacta ſeruitutesque iuris publici quaedam ſint commutata, quo Principes caeterique territoriorum domini adminiſtrare ſolent. Exercent eam in omnes, *** qui exemtionem ſuam, quoad perſonas et bona iuſte comprobare haud poſſunt. Quam ſententiam agnouit KNIPSCHILDIVS **** pronuncians: *territoriorum domini vniuerſales, vigore iuris territorialis in omnia bona et in omnes ſubditos & Landſaſſios in territorio commorantes ſiue incluſos vniuerſalem iurisdictionem habent, ita, vt quicquid ſub ambitu territorii alicuius magiſtratus continetur, id regulari iuris praeſumtione eiusdem iurisdictioni ſubeſſe eique parere intelligatur, idque quoad omnes cauſſa-*

156

Digitized by Google

rum ſpecies in iſto territorio exortas, ciuiles et criminales, reales et perſonales, iudicii tam petitorii, quam poſſeſſorii, niſi in ſpecie de exemtione et priuilegio doceatur etc. Atque haec adeo procedunt, vt, ſi quis contra hanc iuris praeſumtionem in vniuerſali alicuius territorio Superioritatis iura ſibi arrogare conetur, circa perſonas et res in eo ſitas, liquido id ipſum probare teneatur. Subſunt itaque et *Monaſteria*, in territoriis allodialibus ſita, horum dominis, licet illorum Praeſules, ad varias exemtionum cauſas friuole* non raro prouocantes, fundatoribus ſuis, multas ſumtuoſasque lites excitare soleant, quibus tamen occaſionibus, cumprimis in controuerſia *Solmenſium* cum Coenobitis *Arnsburgenſibus*** et *Naſſouiorum* cum monaſterio *Wadgaſſen* Superioritas territorialis ſolide fuit deducta et commonſtrata.

* Dno. de HENNIGES diatriba de *Superioritate territoriali* §. 34. quae meditat. ad I. P. Specimini IV. acceſſit.

** §. §. XIV. XV.

*** Cuius ſententiae argumenta vid. *in der kurzen iedoch gründlichen Nachricht, was es für ein wahre Bewandniß habe mit demienigen Reſcripts- und Commiſſions-Proceſs, welcher am Kayſerlichen Reichshofrath von 1705. her rechtshaengig zwiſchen der loeblichen Mittel-Rheiniſchen Ritterſchafft in der Wetterau als Impetranten eines; Sodann dem Hochgraefl. Hauſe Hanau-Müntzenberg als Impetraten andern theils etc. 1730. f.*

**** de nobilitate c. XI. n. 188. et inprimis L. 3. c. II. n. 14. ſeqq.

* Compara Dn. WEGELINI perdoctam tractationem *de iactitata vulgo ordinis Ciſtercienſis libertate ac exemtione a ſuperioritate territoriali*, ſub praeſidio HERTII primum ventilata, tertium vero inſigniter aucta prodiit Francof. 1718. 4.

** Lege omnino ſcriptum iudiciale plenum bonae frugis, ſub titulo: *An die Roemiſch-Kayſerliche Maieſtaet alleruntertbaenigſte ſupplica pro reſtitutione in integrum et reformando concluſo d. 24. Dec. 1715. iunctis cauſis, documentis et rationibus nouis cum euentuali oblatione et reſeruatione des Graefl. Hauſses Solms in Sachen Cloſter Arnsburg contra Solms. f.*

§. XI.

Vt ſubditi bene tranquille et frugaliter viuant, *Ordi-*

natio-

Digitized by Google

nationes politicas, ſumtuarias, veſtiarias condunt, opificiorum et commerciorum incrementa, quantum dynaſtiarum ratio et ſitus permittunt, procurant, nundinarum minus ſolennium iura municipiis ſuis concedentes. Vtque cultura ingeniorum laetius efflorefcat, boniſque literis et artibus ſubditi et vicini meliores aptioreſque fiant, *Dynaſtae* quoque condendis *gymnaſiis*, et *academiis* fundandis laudabilem operam dederunt, id quod exempla gymnaſiorum *Hanouienſis*, *Herbornenſis*, ſcholae *Schlüchtern* aliarumque condocent. *Schaumburgenſes* Dynaſtae academiam *Rinthelenſem* condiderunt, impetrato primum a Friderico Electore Palatino, eo tempore vicario imperii, tum ipſo Ferdinando II. iure* conferendi gradus academicos, qui a fonte dignitatum omnium vniuerſalium Imperatore dimanant.

* extant priuilegia in LVNIGS *Reichs-Archive* Parte ſpeciali contin. 11. Fortſez. p. 934. 936.

§. XII.

Legislatoria quidem poteſtas medio aeuo ſolis Principibus tanquam praerogatiua competebat. Enimuero iis Comitibus vel Dynaſtis, quos Principali dignitate ornabant Auguſti, inter alia etiam facultatem dabant condendi ſingulare *ius prouinciale*. Ita enim *Henricus VII.* Aug. *Bertholdum* Comitem de *Hennenberg* in Principis dignitatem euehens: * *Conferimus eidem Bertholdo ac ſuis heredibus omnia iura Principum, tam in ingreſſu, quam egreſſu ad imperialem deliberationem, in ſententiis conueniendis, dictandis, pronunciandis, in iure ciuili et plebiſcito, quod vulgo dicitur Land-Recht.* Comitibus autem atque *dynaſtis* communes Germaniae leges tanquam normae decidendi erant obſeruandae. Aucta vero ſucceſſu temporum Comitum atque *Dynaſtarum* Superioritate territoriali, quae inde fluit poteſtas nouas leges condendi acceſſit, vi cuius

diuerſi Comites atque Dynaſtae. Saec. XVI. ordinationes iuris prouincialis atque proceſſuum inſtituendorum publicarunt, vti de Illuſtriſſimis *Solmenſibus* ** conſtat, quorum terrae magnam partem allodiales, cuius *iuris Solmenſis*, des S. Land-Rechts capita quaedam, magni nominis Iuris-Conſultus *** illuſtrauit.

* *diplomate erectionis Principatus Hennebergenſis* d. a. 1310. apud MEIBOMIVM rerum germanicarum T. III. p. 208.

** prodiit enim: *Ordnung der Grafſchafft Solms.* Lichae 1599. f.

*** IOHANNES OTTO TABOR commentationem Synopticam *de contractu et iure colonario ad illuſtrationem conſtitutionis Solmenſis vom Land-Siedel-Recht, conſcripſit*, quae inter opera Iurisconſulti extat.

§. XIII.

Nec diuerſa eſt in iuribus *fiſcalibus* et *cameralibus* percipiendis Superioritas territorialis a caeterorum ordinum imperii. *Iure* enim vtuntur *collectarum publicarum*, quoties Sacri Imperii et ſalutis publicae neceſſitates tales exigunt, obſeruatis tamen legibus imperii, conſuetudinibus, * pactiſque cum ſubditis initis. Dynaſtis *vectigalia* vel eorundem inſignes partes in vectigalibus Rhenanis et aliis ab Auguſtis tributas fuiſſe, tot diplomata loquuntur. Sic *Ferdinandus II.* Imperator recentiori aeuo cum conſenſu Electorum Comiti *Oldenburgico*, *Antonio Günthero* vectigal in Viſurgi * conceſſit: *Für ſich und ſeine Leibes oder naechſte Erben &c.*

* e. g. conſuetudo exigendi a ſubditis collectas ad dotem filiarum vbique locorum non eſt recepta, vid. conſummatiſſimus Germaniae ICtus Dn. de LVDOLF *obſeruationum forenſium variarum.* obſ. XCVIII. p. 240.

** Vide LVNIGII *Grundveſte Europaeiſcher Potenzen Gerechtſame.* T. II. p. 524.

§. XIV.

Ius Metalliſo linarum Dynaſtis hodie competere vi

Su-

Superioritatis territorialis in propatulo eſt; *Monetandi* quoque vel priuilegio, vel praeſcriptione a multis acquiſitum. Certe Fridericus I. Auguſtus Dynaſtae *de Krenckingen* fidei, monetam committere haud dubitauit, vti FELIX MALLEOLVS vulgo *Hemmerlein* dictus, Decretorum Doctor, lepide enarrat * hiſce verbis: *Vnde legimus, quod quidam Baro de Krenkingen Dominus oppidi Tungen Conſtantienſis dioeceſeos Imperatori videlicet Friderico I. ſuum oppidum perambulanti immobiliter in ſede collocatus ſtudioſe nolebat aſſurgere, ſed tamen dum apparebat ſibi, capellum ſuum mouendo curialitatis quandam reuerentiam nitebatur oſtendere: et dum Imperator perquireret, quiſnam eſſet talis, qui taliter prope viam ſituatus, qui ſuae maieſtati venerationem debitam non exhiberet, reſponſum accepit: quia idem Baro tam in bonis, quam rebus, tam poſſeſſionibus et corpore, tam verus liber eſſet, quod nedum ab Imperatore, nec ab alio quocunque Principe vſum ſeu beneficium rei feudalis perciperet aut poſſideret. Igitur Imperatorem pro Domino ſuo, prout etiam Epiſcopus et clericus Imperatorem recognoſcit pro domino, licet beneficium non habeat ab ipſo, ſed non rerum ſuarum recognoſceret. Vnde praedictus Imperator magnae legalitatis animum ipſius Baronis hilariter aſpexit, quod in dicto oppido ſuo ſeruandis ſeruatis monetam ſiue numiſma caragmate, imagine, vel effigie vel facie Ceſaris deſignatam per numiſmas ad hoc deputatos perpetuo cudere poſſit, ſibi et ſuis ſucceſſoribus in Feudum ſiue Beneficium ab imperio liberaliter conceſſit.* Noſtris temporibus idem ius *Dynaſtas* exercere, nummi docent, et nuperae aduerſus Dynaſtae *Ehrenfelſenſis* monetas querelae loquuntur.

* dialogo de *nobilitate* et *ruſticitate* pro ſeculi ratione multis, quae non ad argumentum faciunt, referto, quaedam tamen bonae

frugis

Digitized by Google

frugis exhibente *capitulo decimo quarto* fol. LII. edit. veter. ſine anni et loci mentione.

§. XV.

Wildfangiatum, ius manus mortuae, ius circa connubia ſubditorum, collectarum de nuptias aut militiam filiorum habuerunt *Dynaſtae* quidam, vti commonſtrat charta * ALIDIS BOVLARIAE Dominae, quae dum conſenſu filiorum omnes ſeruos et ancillas in dominio de Boulario commorantes abſoluit ab omni exactione et taliis, hoc exipit: Quod tenebuntur Dominio de Boulario ad melius catellum ad mortem, et quidam tenebuntur ad nuptias puerorum meorum (Iunckerſteuer,) et ſi quem contingit fieri Militem, ad hoc nobis conferre iuuamen et contulimus eosdem ſeruos et ancillas et ADVENAS, ſi qui fortaſſe veniunt in terram noſtram, pro licentia matrimonium contrahendi et ad mortem ad duodecim denarios legalis monetae patriae, in remiſſionem peccatorum noſtrorum ad commorandum eccleſiae beati Adriani de Gerardi monte et manumiſimus eos.

* Conſeruauit eam AVBERTVS MIRAEVS *notitia eccleſiarum Belgii operum* Hiſt T. I. p. 755.

§. XVI.

Ius Armandiae, Foederumque, Acta Imperii et Hiſtoriae celebriorum Foederum *Schmalkaldici, Lipſienſis, Heilbrunnenſis* alia condocent. De *Legationum* vero *Iure Comitibus* et *Dynaſtis* competente, ſolide diſſeruit Collegii Wetterauici Legatus ad Congreſſus ſolennes Pacis ſanciendae cauſſa apud Batauos inſtitutos miſſus Dominus L. B. ab EDELSHEIM, * atque laudatus ſaepe Dn. KOPPIVS, ** ad quos Beneuolum Lectorem remittimus.

* Egregio libello, de hoc argumento gallice edito.
** l. c. *Sect. II. p. 253.* et *p. 493.*

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google